

*1354 Januar 8 (B.-Huber 1735 = 6740) ¹.

(1) Hiis igitur favorabiliter attentis predicto archiepiscopo . . . sciencia motu proprio confirmamus; . . . expedire ².

*K 56 III: (1) Item eidem archiepiscopo . . . theolen u m super alveos Reni et Moselle ac alios in Confluentia . . . expedire ².

K 76 III: (1) Item . . . theolonia super . . . expedire ².

IV. betr. Leinpfad, Geleits- u. ä. Rechte; Grundruhrverbot.

K 46 IV: (1) Item conductum et iurisdictionem super fluvium Moselle una cum strata super alveum eiusdem Moselle utrobique, que dicitur wlgariter Lynpat, a ripa dicta Dilmerbach prope villam Remiche descensive usque ad fluvium Reni necnon conductum super fluvium et alveum Reni a rivulo dicto Duberbach inter Brye et Rense usque in ripam Nette prope Andernacum, prout prefatus archiepiscopus, sui predecessores et eorum ecclesia Treverensis huiusmodi conductus et stratas hactenus et antiquitus habuerunt, approbamus et tenore presencium et ex certa nostra sciencia confirmamus et huiusmodi eorum conductus necnon alios eorum conductus per terram et per aquas aut districtus eorum per nos vel nostros non impediemus nec infringi ab aliquo patiemur.

(2) Ceterum cum intellexerimus nonnullos presertim super alveum Reni sibi hactenus vendicasse et adhuc vendicare ius quoddam se intromittendi de bonis, rebus ac mercibus eorum, qui naufragium paciuntur, quod 'Gruntrûre' wlgariter nuncupatur, et etiam eorum, qui bona vel merces aliquas per terras in bigis vel currubus veheunt (!) sive ducunt, si bige vel currus huiusmodi labantur sive cadant vel confringantur vel etiam si bige sic cadentes seu, dum franguntur, eorum propriis ductoribus vel aliis aliquod corporis inferant nocumentum, bona, res et merces huiusmodi animo sibi retinendi temere occupando. Cum igitur huiusmodi iuris seu potius iniurie vendicatio sit contra omnem equitatem et naturalem etiam rationem, dictantem quem duplici afflictione et incommodo affligi non debere, volumus et districtius inhibemus, ne quis, cuiuscumque status vel condicionis fuerit, bona res vel merces qualescumque naufragium patientium, potissime in dicto alveo Reni, vel etiam per terram occasione bigarum vel curruum cadentium vel confractarum

1) Am gleichen Tage erhielt Balduin ein besonderes Privileg über seine Zollberechtigungen, das bisher nur im Auszug bekannt ist; abgedruckt im Anhang n. IV. 2) § 2 s. u. bei VII.